



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Vitæ Sanctorum Sacris per singulos anni dies  
Meditationibvs illustratæ**

**Paderbornæ, 1697**

S. Catharina Senensis Virgo. 29. Aprilis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62968](#)

\*0] 309. [9\*  
**S. CATHARINA**  
**SENENSIS Virgo.**

29. Aprilis.

*Vbi est thesaurus tuus, ibi es cor  
tuum eris. Luc. 12.*

CATHARINA ut primum fari potuit,  
scalas percepans ad singulos gradus  
Angeli verbis Mariam salutavit. Quid jam  
mirum, si his gradibus ipsum culmen sanc-  
titatis concendit? Anno etatis septimo,  
Christo, quem supra D. Dominici conspi-  
cumdem habuit, se sponsam ille, conci-  
liante Matre aliisq; Coelitibus, sponsum se  
obtulit Catharinæ. Itaq; saepiusculè jam ad  
eam invisere, non raro personatus mendicis  
amorem probare, & stipem deinde datam è  
celo multis laudare. Addixerat se fæminæ  
foedo carcinomate laboranti, nec jam stipen-  
dium aliud præter calumnias forebat. Sub-  
tristi eam ob causam nonnihil, ecce Chri-  
stus adest geminam manu coronam præten-  
dens, hanc auro, illam spinis rigentem, ju-  
ber optionem facere. Illa non nescia quæ co-  
rollâ sponsus ornatus esset, spinas invadit  
jamque

(50) 305. (50)

jamq; melius animata impensis pergit ser-  
vitutem ingratæ servire; quin, ut sponsam  
se probaret, ex ipso fœdo ulcere pus exu-  
git. Meruit hæc satis alterum haustum, quem  
ex latere suo Dilæctæ Christus propinavit.  
Hæc ab hac ambrosiâ jam ebria; porrò ausa  
est petere, cor amans sibi haberet. Superis,  
quis fidem daret! nisi amori hincnum tam  
obnoxios vos scitatus? Aufec Catharinæ  
cor Christus & suum reponit. Tunc pro-  
fecto expleto amantium voto. Christum:  
Catharina cor suum: suum Christus Catha-  
rinam vocare potuit, ex iure.

## M E D I T A T I O M . 2

### *In vitam S. Catharine.*

S CATHARINA cor suum cum corde Iesu muta-  
verat. Et vero palam ostendit, habere se cor  
amantissimi Iesu, suo animarum studio, suaque  
misericordia in peccatores, pauperes, & ægrotos.  
Ubinam est cor tuum? An in divitiis? An in vo-  
luptatibus? Ut quid tam durum, ac tam frigidum  
est cor tuum? ut nequeat pauperum miseriis emol-  
liri, nec divino amore accendi. Domine, amem  
te solum, aut si quid aliud, tui causâ. Da cor,  
quod te diligas. Aug.

2. Spineam coronam aureæ longè anteposuit; hoc  
est, mundi delicias valere jussit, ut amplecteretur  
crucem

(86) 307. (86)

extrem Christi. Si in hac vita Roſas velis, cāvē;  
nam brevi marcessit earum decor, earum verō spi-  
næ æternū pungent. Difficile, imò impossibile est,  
ut quia presentib⁹ & futuris fruatur bonis. H̄ieron.

3. Affiduā Dei præsentis cogitatione tentationes  
omnes vicit. Diligenter meditabatur passionem  
Christi, damnatorum cruciatus, & humanæ con-  
ditionis vilitatem, quibus munita cogitationibus,  
nec hominum persecutionibus, nec temptationibus  
Dæmonum movebatur. Cogita Dcūm præsentem;  
meditare æternas veritates, & nihil hoc in mundo  
aut timebis, aut desiderabis. Solūm de terrenis  
cogitas, quia ponis spem tuam in solis terrenis.  
*Eset in cœlo cor & animus, si in cœlo esset theſauruſ.* Euch.

## S. MAXIMUS Martyr.

30. Aprilis.

*Quod in præsenti eſt momentaneum  
& leve tribulationis noſtræ, ſupra  
modum in ſublimitate æternum  
gloria pondus operatur in nobis*  
Corinth. c. 4.

**O**ptimus, falſiſſimā nomenclaturā, cūm  
peſſimum mores demonſtrarent, Asia  
Proconsul fuit, qui Ephesi ſub Decio impe-  
ratore Christicolas vexare primō aggressus,

ante